SPECVLVM BONI PRINCIPIS,
Sive
VITA ALPHONSI
REGIS ARRAGONIÆ.

Amſterodami,
Apud Ludovicum Elzevirium. A°.1646.

Speculum boni Principis

ALPHONSUS REX ARAGONIÆ.

Hoc eſt,

DICTA ET FACTA ALPHONSI REGIS ARAGONIÆ.

Primum IV. Libris confuſè deſcripta

Ab ANTONIO PANORMITA:

Sed nunc in certos titulos & canones, maximè Ethicos & Politicos, digeſta; Similibus quoque quibuſdam, & diſſimilibus, ex ÆNEAE SYLVII *commentariis, nec non Chronologiâ vitæ & rerum geſtarum ejuſdem Alphonſi, aucta.*

Sic digeſſit & auxit

JOHANNES SANTES, cognomento SANTENUS.

AMSTELODAMI,

Apud Ludovicum Elzevirium,
CIↃ IↃC XLVI.

Generoſis, Nobiliſsimis, Magnificis, Ampliſsimis, Conſultiſsimis & Prudentiſsimis Dominis

DUCATUS CLIVENSIS

ORDINIBUS,

Cum Equeſtris dignitatis Viris, tum primariarum Civitatum Deputatis; nec non illorum Syndicis:

Dominis ac Mecænatibus ſuis omni ſtudio ac officio proſequendis, S. D.

SPeculum hoc meum non meum; (meum quoad ordinem, titulis & canonibus ſuſfultum; non meum quoad materiam, quam Panormita & Æneas Sylvius ſuppeditarunt) Speculum, inquam, hoc, quò poſsit eſſe uſui, primùm non ſub modio locandum, ſed à columnis, ut oculis & mentibus objici poſsit, ſuſpendendum: deinde & lumine, quò imaginem reflectere & reddere

SPECULUM BONI PRINCIPIS ALPHONSUS REX ARAGONIÆ.

Tit. I. PRINCIPATUS ET REGNUM.

1. *Principatus ſollicita res. Spieg. in ſcholiis ad lib. 1. Panorm. c. 33.*

PEroptare Regem audivimus, uti popularium ſuorum unuſquiſque Rex exſtitiſſet, quò demum illi, utpote experti, cognoſcerent Principum occupationes & curas. Hoc uno forſitan modo fieri poſſe, ut deſinerent moleſti & importuni eſſe. Pan. l. 1. c. 33.

2. *Democritus dicere ſolebat, melius eſſe regi ab aliis, quàm regere homines malos. Stob.*

Affirmare ſolitum Regem accepimus, ſi nullum omnino aliud regnum, nullam provinciam præter Calabriam aut haberet aut habiturus eſſet, illam

CHRONOLOGIA
Vitæ & rerum geſtarum
ALPHONSI,
Regis Aragoniæ & Neapolis, concinnata
à
DAVIDE CHYTRÆO,
Anno 1584.

ALPHONSUS Rex
Aragonenſis (ſeu ut
veteres præpoſita li-
tera T enunciarunt *Anno*
Taraconenſis) & *Chriſti*
Neapolitanus, Valentiæ in Hiſpa- 1395.
nia, natus eſt, imperante Roma-
nis Wenceſlao Boëmo, Gallis
Carolo VI, Burgundis Philippo
Audace Caroli VI patruo, Hi-
ſpanis Caſtel. Henrico III, Unga- 1396.
ris Sigiſmundo, qui proximè ſe-
quenti anno 1396. *inſignem &*
primam à Turcis cladem ad Ni-
copolim accepit.

Pater Alphonſi fuit FERDINANDUS Juſtus Aragoniæ Rex: